

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio I  
cum fonte primo

Foris terribiliter personet increpacio,  
intus lenitatis teneatur dilectio.

Neque consencientes sitis malis ut approbetis,  
neque negligentes ut non arguatis,  
neque superbientes ut insultanter arguatis.

Hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere  
et uoluntate non consentire et ore non parcere.

Augustinus de uerbis Domini super Mattheum  
capitulo XVIII.

Foris terribiliter personet increpacio,  
intus lenitatis teneatur dilectio.

*Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,*  
sicut idem dicit apostolus, *uos qui spirituales estis,*  
*instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis,*  
*intendens te ipsum, ne et tu tempteris.*

*Alter alterius onera portate,*  
*et sic adimplebitis legem Christi (Gal. 6:1-2).*

Item alio loco:

*Seruum, inquit, domini non oportet litigare,*  
*sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem,*  
*in modestia corripientem diuersa sentientes,*  
*ne forte det illis deus paenitentiam*  
*ad cognoscendam ueritatem,*  
*et resipiscant de diaboli laqueis,*  
*captiuitati ab ipso in ipsius uoluntatem*  
(II Tim. 2:24-26).

Neque ergo consentientes sitis malis, ut approbetis;  
neque negligentes, ut non arguatis;  
neque superbientes, ut insultanter arguatis.

Augustinus Hipponensis, *Tractatus de duobus caecis*  
(*Sermo 88*), 20 (RB 94, P. Verbraken ed., p.94, ll.510-  
522).

Hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere:  
et uoluntate non consentire, et ore non parcere.

Augustinus Hipponensis, *Tractatus de duobus caecis*  
(*Sermo 88*), 24 (RB 94, P. Verbraken ed., p.99, ll.633-  
634).